

euacuando ydolatriam et errorem. et bona opera tanquam loriceam. quia omnia terrena bona deseruit. et dei et primi obsequio se mancipauit. Tercio notat fidelitatem in obsequio cum de christi ihesu. Ille enim est miles ihesu christi qui certat pro honore ihesu christi. Et talis legitime certat. **1. Thimo. ii.** Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Legitime autem certat qui certantium regulam obseruat que habet quatuor capitula. Primum est ut ab omnibus nocuiis. id est peccatis et terrenis abstineat. **1. Corint. ix.** Omnis enim qui in agone contendit ab omnibus se abstinere. Secundum est ut non segniter sed foriter pugnet. **Ibidem.** Sic pugno non quasi aerem verberans. Tercium est ut pro se ad mortem in certamine perseueret. **Eccles. iij.** Usque ad mortem certa pro iusticia. Quartum est ut in certamine non suum. sed domini honorem intendat. **Istud seruauit ioab ad dauid dicens. 1. Re. xviij.** Congrega reliquam partem populi etc. Et infra. ne nos meo ascribatur victoria. Ista quatuor capitula seruauit georgius quia omnia terrena precepit. et foriter dimicauit. et usque ad mortem in prelio stetit et honorem dei in omnibus seruauit.

De sancto Marco euangelista.
Sermo primus.

Obuiauit illi quasi mater honorificata. **Eccles. xv.** Sapientia diuina inquireribus se obuiam vadit. et se desiderantibus seipsam infundit. Hoc modo diuina sapientia beato marco obuiauit. et in omnibus uis suis sibi occurrit. Fecit enim seruias. tres inuita et tres alias postuitam. Prima est qua inuit Romanum ubi securus est per tanquam ouis pastorem et pastorem suum. tanquam discipulum magistrum suum. et tanquam filium patrem suum. Et ibi diuina sapientia sibi obuiauit. quia **1. Thimo. in lingua greca euangeliz ibi**

scripsit. put ab ore magistri sui Petri audiuit. Quia enim aliqui testimonium ferunt de visu. aliqui de auditu. ideo christus secundum augustinum. duos testes habere voluit de visu. scilicet Mattheum et iohannem. et duos de auditu scilicet Lucam et marcum. Secunda via est qua inuit aquilegia. et ibi sapientia diuina sibi obuiauit. quia tria magna beneficia ibi fecit. Primum quia primus eis lumen inspirauit diuinum. ex eo quod primus eis fidem predicauit. Secundum est quia magnus eis reliquit thesaurum scilicet volumen suum quod rome in littera greca ibidem scriptum in lingua latina perscripsit. quod quidem usque hodie reseruauit. Tercium est. quia specialem eis dimisit patronum scilicet sanctum Iheronimum. quem ad fidem peruenit et eis in epistolam ordinauit qui ibi specialis patronus habetur. Tercia via est qua inuit in alexandriam et ibi sapientia diuina sibi obuiauit. **Ibidem.** enim fuit in patriarcham consecratus. primus missam ibi celebrauit et monasticam religionem instituit. Nam sicut dicit philo. Maxima multitudo in alexandria adunauit in fide et deuotione et continentie obseruatione. Unde ait petrus damianus. Tanta ei deus gratiam apud alexandriam prerogauit ut omnes qui tunc ad fidei rudimenta persisterent mox per continentiam ac totius sancte puerfationis instantiam tanquam ad monastice puerfationis fastigium euolarent. Ad ista autem ducebat eos per tria sicut idem dicit. scilicet per uerba. per exempla. et per miracula. **Matth. xli.** Illi autem perfecti predicauerunt. ecce uerba. domino coopante et sermonem persumante. ecce exempla. sequentibus signis. ecce miracula. Post mortem autem eius tres alias vias fecit. Una via est qua eius spiritus in celum ascendit. et merito. quia etiam in terra iam erat in celo ascriptus supernis ciuibus associatus et eterne pacis coniunctus. De duobus primis dixit ei angelus. Ecce nomen tuum in celo scriptum est. sociusque factus es supernarum uirtutum. de tercio dixit

o. iij.

ei xps. **P**ar tibi marce euangelista meus
noli timere. ego enim tecum sum. **S**cda via
est qua cum corpore in italia redijt. vñ **P**e-
trus damianus. Beata es alexandria tri-
umphali huius sanguine purpurata. felix
et tu italia corporis huius thesauro diues
effecta. Eius autē corpus cum venetias
transferefuit odore mirabili circūfusus
multis in via miraculis declaratum. nūc
est in loco pulcherrimo collocatū. **E**rat enim
alabastrū dei. et ideo debuit odorem diffun-
dere. ij. **C**or. ij. Odorem nōcie sue ma-
nifestat p nos i omni loco. **E**rat lucerna
populi. et ideo debuit se manifestare. **M**a-
th. v. Neq accendūt lucernam et ponūt
eam sub modio. **E**rat gēma dei iō debuit
in loco pulcro manere. **E**rat nāq vna de
gēmis illis de quibz dicit **E**ro. xxxix. **P**o-
sunt in rōnali gemmarū ordines quatuor.
Quatuor ordines gēmarū sunt ipsi qua-
tuor euangeliste. **T**ercia via est qua quo-
tidie suis suffragijs et beneficijs venit in
mundū. **E**ius enim suffragijs obtinemus
rpalia ad sustentatōnem. qd patet in mi-
raculo facto in apulea vbi erat sterilitas
magna. **O**btinemus etiā spūalia ad iusti-
ficatōnem. qd patet in miraculo saraceni
naufragij patientis qui ad baptismum
peruolauit. **O**btinet nobis celestia ad glo-
rificarōnem qd p in miraculo cuiusdam
religiosi. ad cuius obitū sanctus marcus
peruenit et in celū eius animam deportauit

De eodem

Sermo. ij.

DE comedente. s. leone eruiit cibo
et de forti egressa est dulcedo. **Ju-**
dic. xiiij. **Q**uia sanctus marcus
p speciem leonis figurat iō predicta vba
de leone dicta de ipso pgrue exponuntur.
In quibz verbis a quinqz describit et lau-
dat. **P**rimo a magna excellētia in hoc
q leoni assimilaf. leo enim grece latine dicitur
rex omnū bestiarū. sic et marcus fuit apud

Alexandriam patriarcha christianorum
Que quidem dignitas cōmēdabilis fuit
a tribz. **P**rimo ex rōne pmoventis. qz a
petro sancto reuelante spū fuit pmoventis.
Scdo rōne pmo. qz nō reputabat se eē
dignum. iō pollicem amputauit. s. bñs
petrus secuz dispensauit. **T**ercio ex parte
officij psecuti. qz. s. primus missam alex-
andrie celebrauit et pplm sciētia et doctri-
na paup. **S**cdo describit ab infusa sa-
piētia. cū dicit **D**e comedente. **D**eus qui
dem dīna sapiā ipsum cibauit **E**cclē. xv.
Ecibauit illum pane vite et c. **I**pse autē sic
cibatus p sapiētie infusione comedit p
assiduā meditationem **I**ere. xv. **I**nueni-
sunt sermones tui et comedi eos. **I**n co-
mestione autē tria sunt. s. masticatio. incor-
poratio et deriuatio. beatus ergo marcus
sapiētia dīna cibatus ipsam masticauit
p meditātōnem vñ ps. **D**e iusti medita-
bit sapiētiā. **M**asticā sibi incorporauit
p imitātōnem et opatōnem **I**sa. i. **Q**ui p
spererit in lege pfecte libertatis et c. **M**a-
sticatā et incorporatā in membra fidelium
deriuauit per euangelij descriprōnem. **P**ro-
uerbio. v. **D**eriuent fontes tui foras et c.
Tercio describit a cōcata doctrina cū
dicit. **E**ruuit cibo. s. doctrine euangelice quo
reficif totus mūdus. **I**stud autē euan-
gelij habuit quatuor ppositores scilicet
marcum qui ipsum ppria manu scripsit.
Spūscū qui ipsum inspirauit. ij. **P**e. i.
Spūscō inspirati locuti sunt sancti di ui-
mines **P**etrz qui sibi verba omnia mini-
strauit. qui sic scripsit. put ab eius ore au-
diuit. **E**t mathēu qui suum euāgelij sibi
ad breuiandum dedit. **Q**uarto descri-
bitur a forti pstantia. cum dicit. **E**t de forti.
Ideo paulus sciens illum esse magnam
mem atqz fortem ipsum secū habere desi-
derabat dicens. **M**arcū assume et adduc
tecū et c. **M**ūdus qdē erat pteu munit?
tenebrosus arid? et durus. iō paul? vole-
bat marcū secū hēre vt tāqz duo pugiles

mundum per deum munitum expugna-
rent. **Eccl. iij.** Melius est duos simul
esse q̄ vnū rē. **Golebar** ipsum secū habere
ut tanq̄ duo luminaria mundū ampli-
us illustrarent. **Gene. ij.** Fecit deus duo
lūaria magna. lūare maius .i. paulus ut
preesset diei. q̄ perfectis sapiam impende-
bat. et lūare minus .i. marcum ut preesset
nocti. q̄ p suum euangeliū infidelitatis
tenebras expellebat. **Golebar** ipsum secū
habere ut tanq̄ duo flumina padisi mun-
dum aridū amplius irrigarent. **Unde ps.**
Flumen dei repletū est aquis. **Magnus**
fluuius ex ore pauli emanauit q̄ in terci-
um celum raptus doctrina sua mundum
fecundauit. **Magnus** fluuius ex ore sc̄i mar-
ci emanauit quando euangeliū suum con-
scripsit. **Golebar** etiam eum habere ut tā-
q̄ due lune oliue mundū duz emollirēt
zach. iij. **Isti** sunt duo filij olei qui assi-
stunt dominatori. **Quinto** describitur
a multiplici consolatione nobis exhibita cū
dicitur. **Egressa est dulcedo.** **Consolatus**
est em̄ quosdam in vita. sicut patet in na-
ue periclitante. et in milite de ponte caden-
te. **Et** quosdam in morte. sicut patet in il-
lo qui de campanili sancti marci cecidit.
Quosdā post mortem. sicut patet in reli-
gioso ad cuius mortem venit et cuius ani-
mam ad celi gloriam et gaudia deporta-
uit rē.

De eodem

Sermo. iij.

M Arcum assume et adduc tecū. est
enim mihi utilis in ministerium
ij. **Thimo. vlt.** In eo q̄ paulus
vas electionis ad terciū celum raptus be-
arum marcū sibi vtilem in ministerio pre-
dicatōis asseruit manifeste ostendit q̄ p
fundus fuerit in diuina sapia. q̄ ḡofus
in doctrina. q̄ pfectus in vita. **Eius** autē
grās et prerogatiuas beatus **Jeroni.** in
quadā glosa super marcū breuiter enume-
rat dicens. **Marcus** euangelista seminat

post matheum. fremit ut leo. volat ut aui-
la. discit ut homo. immolat ut sacerdos.
irrigat ut flumen. florescit ut ager. seruet
ut vinum. **Prima** igitur prerogatiua est
quia post matheū seminauit. ex eo q̄ post
illum suum euangelium scripsit et eius eu-
angelium abbreviauit. **Istud** autē semen
sicut ipse dicit fructificauit. **Primo** qui-
dem herbam. deinde spicam. deinde plenū
fructum .i. in spica sc̄dm glosam timorez
penitentiam et caritatem. **Herba** enim sig-
nat timorem. quia sicut herba est principi-
um spice. sic timor est principium noue vi-
te. **Proverbior. ij.** Principiū sapientie
timor domini. **Spica** que est aspera et ple-
na gramis significat penitentia amaram.
que est plena meritis bonis. **Plenus** fru-
ctus significat caritatē **Roma. xij.** Ple-
nitudo legis est dilectio. **Secunda** pre-
rogatiua est. q̄ fremuit ut leo. **Fremitus**
enim leonis terrore immitit. animalia fa-
cit gressum figere. et leunculos ad vitā re-
stituit. **Sic** et doctrina marci qui p leonez
significatur presumptuosi terrent per pmi-
natōem pene. **Unde** dicitur **capitulo. xij.**
De pregnantibz et nutrientibz in illis die-
bus. **Pregnantes** sunt qui bona pposita
accipiunt. sed ea per bona opera parere ne-
gligunt. **Nutrientes** sunt qui se in pecca-
tis nutriunt et de dei misericordia impuni-
tatem sibi pmittunt. **Leues** stabiliuntur
per firmitatem pstantie. vnde tales repre-
henduntur cū dicitur **capitulo. iij.** **Nō** ha-
bent radices in se. sed tpales sunt. **Mor-**
tui ad vitam resuscitant. **Johan. vj.** Ver-
ba que ego loquor vobis spiritus et vita
sunt. **Tercia** prerogatiua est. quia volat
ut aquila. volauit quidez in celum p pen-
nam amoris **Psalm.** Quis dabit mihi
pennas sicut columbe rē. **In infernum** p
pennam timoris. **Psalm.** Ascendunt vsq̄
ad celos. et descendunt vsq̄ ad abyssos.
Volauit per mundum per pennam euangeli-
ce predicationis. **Isaye. lx. capitulo.**

Qui sunt hi qui vt nubes volant &c. Et ostendit christu volasse sup pennas ierar/chie celestis. *ps.* Ascendit sup cherubin & volauit. *Quarta* prerogatiua e qz discit vt homo. sapientiā quidem euangelicam didicit a christo p inspirationē *Eccle. xv.* Implebit eum dñs spū sapientie & intel lectus. a petro p eruditionem. qz fuit eius auditor deuotus. *Amat* xpo p sui euāge/lij abbreviationem. qz fuit eius abbrevia tor discretus. Non fuit ergo miſ si tanta sapientia fuit plenus. qz eam didicit ab illo qui est fons sapientie *Eccle. i.* Fons sapientie verbum dei i excelsis. ab illo qui est clauiger sapientie *Matth. xvi.* Tibi dabo clauis regni celoz. Et ab illo qui fuit calamus sapientie. *ps.* Lingua mea calamus scribe. *Quinta* prerogatiua e qz immolat vt sacerdos. *Primo* qz xpm esse immolatu ostendit p passionē qz ip sam diligenter psecutus est *Eph. v. ca.* Tradidit semetipsum p nobis oblationē & hostiam deo. *Secdo* qz seipsum immo/ lauit p mortificationem *Col. iii.* Morifi cate membra vestra que sunt sup terram. *Tercio* qz ungulam diuisit p discretione & ruminauit p meditationem. & ideo fuit animal mūdū & immolationi aptū *Leui. xi.* Omne qd habet diuisam ungulam & ruminat in pecoribus comedens. *Sexta* prerogatiua est qz irrigat vt flumē. *Dicit* autem *Iheronimus* in glosa sup marcum q quatuor sunt qualitates de quibz san cta euangelia prerunt. s. precepta māda/ta. testimonia & exēpla. *His* quatuor flu minibz euangeliū marci ecclesiam dei iri gavit sq preceptis qñ a malis nos absti/ nere cōmonuit *ca. viij.* Videte & caute a fermento herodis. mandatis. qñ ad dilec tionem dei & pximi nos induxit *cap. xij.* Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo &c. Testimonijs qñ patris testimonium sup filium introduxit. *cap. p.* vox facta ē de celo. tu es filius meus &c. Exemplis

qñ christus exemplo pueri nos ad humi litatem induxit vt habet *cap. ix.* *Septia* prerogatiua e qz florescit vt ager. In suo em euangelio tanq in agro sunt diuerse herbe medicinales quedam valentes cō/ tra morbum auaricie *capit. iij.* Erumne seculi & deceptio diuinay suffocant & bz. *Alie* valēres ptra morbum luxurie *cap. ix.* *Hoc* genus demonioz non efficit mſi oratione & ieiunio. *Alie* valentes contra morbum supbie. *capit. iij.* Videte vſi metipſos sicut dicit *Mich. ij.* Humili tatio tui i medio tui. *Octaua* prerogatiua est qz feruet vt vinum. Vinum em facit hominem calidum. iocundū & animosum ita inter ceteros euangelistas. *Martra* crat apuissime d christi resurrectione. passi/ one & ascensione. Feruet igit vt vinum. qz p tractatum passiōis nos calefacit ad amorem. *j. mach. vi.* Elephātibz ostende runt sanguinem vne. p tractatū resurrec/ tionis nos letificat ad deuotionē. *Psal.* Ad vesper demorabit fletus. ad matut/ num leticia. *Per* tractatū ascensionis nos animat ad celestis ianue introductionem vt dicat quilibet *Can. j.* Trahe me post te

De sancto Petro martyre.
Sermo primus.

Vestigia eius se cutus est pes meus *Job. xxiij.* *Scdm* beatum Augustinū perfectio chri stiane religionis est hunc imitari quē co/ lit. Vestigia igitur christi semp imitari de bemus vt sicut ipse p nobis mortuus est sic & nos p ipso moriamur. *j. Petri. ij. ca.* Christus passus est pro nobis vobis re/ linquens exemplum vt sequamur vesti/ gia eius. *Ista* autem vestigia secutus est beatus Petrus martyr non tantūmodo in patiēdo. sed in passiōis modo. Et iste modus quantum ad sex attenditur.